

subter 1. 1. et, apice, 2, antice 1; tibiae 3.ⁱⁱ paris supra 1. 1., subter 1. 1. et, apice, 2., in utroque latere 1. 1. vel modo 1 antice, tibiae 4.ⁱ paris subter 1 et, apice, 2. ostendunt, et 1 vel 1. 1. postice. Metatarsi posteriores aculeis compluribus undique armati sunt. Femora omnia et patellae posteriores vel saltem 4.ⁱ paris aculeis carent, ut tarsi omnes. — Praeterea haec exempla omnibus numeris cum mare loc. cit. descripto conveniunt, et nihil nisi varietates *D. Oatesii* formare videntur.

Cel. Simon, ut videtur recte, observavit (H. N. d. Araignées, 2.^e Ed., I, p. 108), *Cyrtachenium montanum*, Thor. (Studi, cet. IV, I, p. 486) generis *Damarchi* esse; vix enim ab hoc genere differt nisi impressionibus obliquis postice in sterno *quattuor*. pone duas ex-adversus coxas 3.ⁱⁱ paris fere eodem modo atque in *Damarcho* locatas, duas paullo minores et leviores magisque inter se remotas ex-adversus coxas 4.ⁱ paris ostendit, cum illis trapezium transversum postice paullo latius quam antice formantes.

Subfam. THERAPHOSINAE.

Gen. *Ischnocolus*, Auss., 1871.

**4. *I. brevipes*, n., sordide fuscus vel ferrugineo-fuscus, pube et pilis mollibus sub-sericeis pallide ferrugineis vestitus; sulco cephalothoracis centrali leviter procurvo, pedibus praesertim in femina corpore non vel parum longioribus, pedibus 1.ⁱ paris in mare sed vix vel non in femina pedes 4.ⁱ paris longitudine superantibus, palpis et pedibus in utroque sexu inermibus, excepto quod metatarsi posteriores apice subter binis aculeis parvis armati sunt. — ♂ ♀ ad. Long. ♂ circa 15, ♀ circa 18 millim.

FEMINA. — Cephalothorax longior, humilis, parte cephalica parum elevata et ad longitudinem modo leviter convexa; tuber oculorum humillimus est; fovea ordinaria centralis sulcum leviter procurvum format; impressiones cephalicae distinctae, reliqui sulci radiantes parum expressi. Area oculorum fere $\frac{1}{4}$ latitudinis frontis occupat, circa duplo et dimidio latior quam longior; series oculorum duae aequali longitudine sunt, series postica leviter recurva, series antica desuper visa recta, a fronte visa modice

deorsum curvata: linea recta oculos laterales anticos supra tangens medios fere in centro secat. Oculi antici posticis oculis oblongis — quorum bini, utrinque, postice inter se paene contingentes sunt — circa duplo sunt majores, laterales antici mediis anticis paullo longiores et angustiores, laterales postici mediis posticis parum majores. Spatium inter medios anticos dimidiam eorum diametrum aequat et circa duplo majus est quam spatia quibus a lateralibus anticis distant hi oculi; spatium quo separati sunt oculi bini laterales spatium inter medios anticos aequat. *Sternum* paullo longius quam latius, postice impressionibus duabus oblongis obliquis praeditum, quae saltem duplo longius inter se quam a margine laterali sterni distant.

Mandibulae satis angustae, plus duplo longiores quam latiores. *Maxillae* paene duplo longiores quam latiores, lateribus parallelis, angulo anteriore-interiore paullo prominente, basi intus dense granulosa. Organo stridulationis carent maxillae mandibulaeque, ut in specie insequente. *Labium* paene rectangulum, apice late truncatum, paene duplo latius quam longius, apice fascia transversa sat lata granularum densissimorum praeditum. *Palpi* extensi ad apicem tiliarum 1.ⁱ paris pertinent. *Pedes* brevissimi, obtusi, ita: IV, I (I, IV?) II, III longitudine se excipientes, ut palpi aculeis carentes, excepto quod metatarsi posteriores apice subter aculeis binis gracilibus armati sunt; scopulis densis sed non latis sunt praediti. Scopulae tarsorum anteriorum anguste vel minus evidenter sectae sunt, tarsorum posteriorum scopulae fascia setarum lata sunt sectae. Scopulae metatarsorum anteriorum ad basin, 3.ⁱⁱ paris circiter ad medium, 4.ⁱ paris vix ad medium internodii pertinent. Fasciculi unguiculares densi, unguiculi tarsorum bini laeves, non dentati. Metatarsi etiam anteriores tarso paullo longiores sunt. *Abdomen* longius. *Mamillae* superiores dimidium abdominis longitudine circiter aequant, articulo 1.^o, qui in latere interiore sulco transverso imperfecte divisus est, duplo, 2.^o circa dimidio, 3.^o paullo plus duplo longiore quam latiore, hoc articulo reliquis paullo angustiore, tereti et apice obtuso, art. 2.^m sed non 1.^m longitudine superante. Spatium inter mamillas inferiores earum diametrum non multum superat.

paris supra 1. 1.,
l. 1. vel modo 1
stendunt, et 1 vel
pluribus undique
rioros vel saltem
Praeterea haec
descripto conve-
te videntur.

N. d. Araignées,
Thor. (Studi, cet.
n ab hoc genere
sterno *quattuor*:
m modo atque in
s magisque inter
t, cum illis tra-
ntice formantes.

neo-fuscus, pube
itus; sulco cepha-
rtim in femina
aris in mare sed
ne superantibus,
o quod metatarsi
unt. — ♂ ♀ ad.

parte cephalica
convexa; tuber-
alis sulcum le-
distinctae, reliqui
e $\frac{1}{4}$ latitudinis
longior; series
postica leviter
nte visa modice

MAS. *ad.* a femina differt pedibus praesertim 1.ⁱ paris longioribus et clypeo mandibulisque angustioribus. *Palpi* extensi paene ad medium tibiae 1.ⁱ paris pertinent, aculeis carentes. Pars patellaris circa duplo et dimidio longior est quam latior, pars tibialis desuper visa cylindrata et ea parum longior, saltem triplo longior quam latior, a latere visa posterius paullo latior, et antierius sensim paullo angustata, subter utrinque pilis longis densis hirsuta. Pars tarsalis paullo longior quam latior est, ante bulbum pertinente, a latere visa late et oblique truncata. Bulbus sat parvus deplanato-globosus in aculeum valde longum, basi magis foras directum, primum cito, dein aequaliter et fere in semicirculum deorsum curvatum, sensim angustatum et acuminatum abrupte exiens. *Pedes* omnes plane inermes; pedes 1.ⁱ paris 4.ⁱ paris pedibus non parum longiores sunt, tarsi 1.ⁱ paris paene triplo longiores quam latiores.

♀. — Long. corp. $18\frac{1}{2}$ (cum mandib. 22) millim.; lg. cephaloth. 7, lat. ej. 5, lat. clyp. paullo plus $3\frac{1}{2}$; lg. abd. paene 12, lat. ej. $6\frac{1}{2}$ millim. *Palpi* 11; ped. I 18, II $14\frac{1}{2}$, III 12, IV 18; pat. + tibia I paene $6\frac{1}{2}$ (tib. $3\frac{1}{2}$), pat. + tib. IV $5\frac{3}{4}$ (tib. parum plus 3), metat. I $2\frac{1}{2}$, metat. IV $3\frac{2}{3}$ millim. Mandib. paullo plus 4 millim. longae, $1\frac{3}{4}$ millim. latae; mamillae sup. 5 millim. longae (= metat. + $\frac{3}{4}$ tarsi IV).

♂. — Lg. corp. 15 (cum mandib. 17); lg. cephaloth. 7, lat. ej. $5\frac{1}{2}$, lat. clyp. $3\frac{1}{2}$; lg. abd. 8, lat. ej. $4\frac{1}{2}$. *Palpi* 12; ped. I $21\frac{1}{2}$, II $17\frac{1}{2}$, III $15\frac{1}{2}$, IV 19; pat. + tib. I $7\frac{1}{2}$, pat. + tib. IV $6\frac{1}{2}$ (tib. paullo plus 4), metat. I $3\frac{1}{2}$, metat. IV paullo plus 4 millim. Mandib. $3\frac{1}{2}$ millim. longae, $1\frac{1}{2}$ millim. latae. Mamillae sup. circa 4 millim. longae. (= metat. IV in-circa).

I. inermi, Auss. (1) (*I. sub-armato*, Thor. (2)) valde affinis est haec species, sed minor et pedum proportione et armatura paullo aliis, praeter pedibus praesertim anterioribus fortioribus et magis

(1) Beitr. z. Kenntn. d. Arachn. fam. d. Territelariae, in Verhandl. d. zool.-bot. Gesellsch. in Wien, XXI, p. 188 (72); — Thorell, Förteckn. öfver Arachn. fr. Java, cet., in Bihang t. Vet. Akad. Handl., XX, IV, n.º 4, p. 4.

(2) Spindlar fr. Nikobarerna, cet., in Vet. Akad. Handl. XX, n.º 2, p. 13.

1.1ⁱ paris longior
 ulpi extensi paene
 entes. Pars patel-
 atior, pars tibialis
 tem triplo longior
 atior, et anterius
 longis densis hir-
 est, ante bulbum
 cecata. Bulbus sat
 ngum, basi magis
 t fere in semicir-
 et acuminatum
 edes 1.1ⁱ paris 4.1ⁱ
 si 1.1ⁱ paris paene

millim.; lg. ce-
 2; lg. abd. paene
 II 14 1/2, III 12,
 t. + tib. IV 5 3/4
 3 2/3 millim. Man-
 latae; mamillae
 (V).

cephaloth. 7, lat.
 4 1/2. Palpi 12;
 - tib. I 7 1/2, pat.
 3 1/2, metat. IV
 gae, 1 1/2 millim.
 = metat. IV in-

valde affinis est
 armatura paullo
 tioribus et magis

rhendl. d. zool.-bot.
 ver Arachn. fr. Java,

n.º 2, p. 13.

obtusis, dignoscenda: in *I. brevipedes*, ♀, metatarsi 1.1ⁱ paris, e. gr., modo paullo plus duplo longiores quam latiores sunt, in ♀ juniore ejusdem magnitudinis *I. inermis* plus triplo, paene quadruplo longiores quam latiores sunt metatarsi 1.1ⁱ paris.

Exemplum adultum utriusque sexus ad Plapoo in monte Moolleyit (Tenasserim), 1200-1400 m. supra mare, invenit Fea; feminam valde mutilatam ex Yadò (Carin Ascii-Chébà) domum reportavit quoque.

** 5. *I. ornatus*, n., ferrugineo-vel sordide testaceo-fuscus, abdomine supra nigricanti et maculis parvis sub-obliquis testaceis in series duas posteriora versus appropinquantes secundum medium dorsi dispositis ornato; sulco centrali cephalothoracis plane recto; pedibus 4.1ⁱ paris pedes 1.1ⁱ paris longitudine superantibus, pedibus anterioribus modo in apice metatarsorum, subter, aculeo munitis, pedibus posterioribus et in metatarsis et in tibiis aculeis nonnullis armatis. — ♀ jun. Long. saltem 12 millim.

FEMINA jun. — Cephalothorax ad formam est ut in priore specie diximus, sed fovea centralis, quae latitudine tuberis oculorum (transversim) brevior est, formam sulci transversi recti (nec procurvi nec recurvi) habet; impressiones cephalicae et reliqui sulci radiantes parum sunt expressi. Series *oculorum* aequae longae; series postica desuper visa parum recurva est, series antica hoc modo visa evidenter procurva, a fronte visa sat fortiter deorsum curvata: linea recta oculos laterales magnos supra tangens medios sub centro secare videtur. Oculi postici oblongi, laterales eorum mediis non parum majores et cum iis paene contingentes; diameter mediorum anticorum diametrum longiorem lateralium posticorum paullo superat; laterales antici oblongi mediis anticis multo majores sunt, non tantum iis circa dimidio longiores, verum etiam — saltem in exemplo majore (dimenso) — paullo latiores. Spatium inter oculos medios anticos eorum diametro minus est sed paullo majus quam spatium quo a lateralibus anticis distant hi oculi; spatium inter oculos binos laterales minus est quam spatium quo distant medii antici inter se.

Mandibulae satis angustae et debiles. Maxillae ad angulum posteriorem-interiorem minus dense granulosa sunt; etiam labium,

quod circa dimidio latius quam longius est et versus apicem levissime rotundatum sensim paullo angustatum, apice minus dense granulatum est — an ita etiam in adultis? — *Palpi* extensi ad apicem tibiae 1.ⁱ paris pertinent. *Pedes* sat breves sed non multo obtusi, anteriores posterioribus paullo crassiores; tarsus 1.ⁱ paris circa duplo et dimidio longior quam latior est. Femora et patellae aculeis carent; pedes anteriores modo aculeum singulum, subter in apice metatarsorum situm, ostendunt. In pedibus posterioribus tibiae et metatarsi, praesertim 4.ⁱ paris, non tantum apice, verum etiam praeterea paullo aculeati sunt: in metatarsis 4.ⁱ paris, e. gr., praeter aculeos 3 apicales, 1 aculeum subter, 1 postice et 1. 1. aculeos antice video. Unguiculi bini laevissimi. Scopulae angustae, non multo densae, in tarsis anterioribus anguste, in posterioribus tarsis late sectae. In pedibus anterioribus scopulae ad basin metatarsorum pertinent, in pedibus 3.ⁱⁱ paris non usque ad basin; in 4.ⁱ paris pedibus metatarsi modo apice et minus evidenter scopulati sunt visi — an ita etiam in adultis? — *Mamillae* longiores dicendae, metatarso 4.ⁱ paris paullo breviores; art. earum 3.^a art. 2.^o (qui dimidio longior est quam latior) sed vix 1.^o longior est. Spatium inter mamillas inferiores earum diametrum non superat.

Color. — *Cephalothorax*, *partes oris*, *palpi* et *pedes* ferrugineo-vel sordide testaceo-fusci sunt, pube sericea testaceo-fusca et pilis longioribus ejusdem coloris, intermixtis nigris, vestiti; *sternum* ejusdem coloris eodemque modo pubescens, nigro-pilosum. *Abdomen* supra et in lateribus nigricans, subter pallidius; dorsum ejus in fundo series duas longitudinales posteriora versus inter se appropinquantes macularum testacearum (utrinque 5) in paria ordinarum ostendit, quae maculae obliquae sunt, sat parvae et gradatim magnitudine decrescentes, anteriores spatio diametrum suam circiter aequante separatae, ultimae in lineolam retro flexam coalitae. Par primum minus distinctum est, maculae 2.ⁱ paris et insequentes distinctissimae. *Mamillae* superiores ad magnam partem nigricantes (in exemplo majore), vel pallidiores.

Lg. corp. 12 (cum mandib. 14) millim.; lg. cephaloth. 6, lat. ej. fere 5, lat. clyp. paullo plus 3; lg. abd. 6 $\frac{1}{2}$, lat. ej.

versus apicem le-
um, apice minus
adultis? — *Palpi*
pedes sat breves sed
paullo crassiores;
quam latior est.
res modo aculeum
m, ostendunt. In
esertim 4.ⁱ paris,
illo aculeati sunt:
3 apicales, 1 acu-
video. Unguiculi
densae, in tarsis
te sectae. In pe-
rum pertinent, in
4.ⁱ paris pedibus
opulati sunt visi-
giores dicendae,
m 3.^s art. 2.^o (qui
gior est. Spatium
n superat.

pedes ferrugineo-
aceo-fusca et pilis
vestiti; *sternum*
gro-pilosum. *Ab-*
pallidius: dorsum
lora versus inter
cinque 5) in paria
nt, sat parvae et
spatio diametrum
neolam retro fle-
est, maculae 2.ⁱ
uperiores ad ma-
vel pallidiores.
g. cephaloth. 6,
od. 6 1/2, lat. ej.

paullo plus 4 millim. Ped. I 14, II 13, III 11, IV 15 1/2; pat.
+ tib. I 5 1/4 (tib. 3), pat. + tib. IV 5 (tib. parum plus 3),
metat. IV paene 3 1/2 millim. Lg. mandib. 3 1/4, lat. earum 1 1/2
millim.; lg. mam. sup. 3 millim.

Exempla duo feminea nondum adulta ad Prome inventa sunt.

Gen. **Chilobrachys**, KARSCH, 1892.

6. **Ch. sericeus**, Thor., Descr. Catal., *cet.*, p. 10 [*Phlogius seri-*
ceus]; conf. Pocock, Notes on the identity of some types of
Mygalomorphae, *cet.*, in Ann. Mag. Nat. Hist. 6 Ser. XVI (1895),
p. 227.

Feminae multae, pleraeque tamen nondum adultae, ex Palòn,
unaque ex Bhamò.

7. **Ch. oculatus**, Thor. Descr. Catal., p. 13 [*Phlogius oculatus*];
conf. Pocock, Notes on the identity, *cet.*, loc. cit., p. 228.

Femina junior, 17 millim. longa, ad Tagatà (Tenasserim) in-
venta, hujus speciei videtur, quum oculos laterales anticos mediis
anticis non parum majores habeat.

An revera ad gen. *Chilobrachym* referendae et a *Musagete*, Poc.,
separandae sunt hae duae species?

Gen. **Phlogius** (1) (SIM.) 1887.

** 8. **Ph. orophilus**, n., *ferrugineo-fuscus vel obscurior, pube*
ferrugineo-fusca vestitus et pilis longioribus mollibus ejusdem coloris

(1) Ad tempus hoc genus ita ut a Pocock (On a new and natural Grouping of some
Oriental genera of Mygalomorphae, in Ann. Mag. Nat. Hist., 6 Ser., XV (1895) p. 172)
determinatum fuit, hic accipio. — In alia specie Australiana, *Phrictus validus*, Thor.
(Studi, *cet.*, III, Ragni dell' Austro-malesia, *cet.*, in Ann. Mus. Civ. Genova, XVII,
p. 250) organum stridulationis ut in *Selenocosmia Javanensi*, Walck. (et in
Phlogio, Poc.) est conformatum, sed unguiculi tarsorum ejus *dentati* sunt; et si
gen. *Musagetes*, Poc., a *Chilobrachye*, Karsch, separandum est, tum species illa a
Selenocosmia et a *Phlogio* ut typus proprii generis — quod *Psophopoeus* (ψόφος,
rumor; ποιέω, facio) vocari potest — separari quoque debet. *Phrictus strenuus*,
Thor. (loc. cit., p. 253) is quoque gen. *Psophopoei* videtur. — In *Psophopoeo valido*
bacilla (« the keys »: Pocock) organi stridulationis sat brevia et densissima in
medio lateris interioris maxillae, quod fimbria superiore caret, aream non multo
longiorem quam latiore, supra fortius rotundatam, paene dimidiato-ovatum
vel ellipticam occupant.

sub-hirsutus; serie oculorum antica desuper visa parum procurva, a fronte visa sat fortiter deorsum curvata, oculis lateralibus anticis medios anticos longitudine (sed vix latitudine) evidenter superantibus, mediis anticis spatio $\frac{1}{4}$ diametri eorum non aequante separatis, hoc spatio parum majore quam quo a lateralibus anticis remoti sunt hi oculi; spatio inter oculos binos laterales spatium inter medios anticos paullo superante; oculis lateralibus posticis mediis posticis angustioribus sed parum longioribus; pedibus 4.ⁱ paris pedes 1.ⁱ paris longitudine superantibus, tibia cum patella 1.ⁱ paris tibiam cum patella 4.ⁱ paris longitudine saltem aequante. — ♀ jun. (?). Long. saltem 14-15 millim.

FEMINA. — *Cephalothorax* ad formam ut in *Ph. fuligineo*, Thor. (1) est, paullo longior quam tibia cum patella 4.ⁱ paris, fronte $\frac{2}{3}$ latitudinis cephalothoracis aequante; fovea centralis minus fortiter procurva est. Oculi antici magni dicendi; linea recta marginem inferiorem mediorum tangens laterales fere in centro secat. Mandibularum latus exterius laevis est, spinis, granulis et setis majoribus carens; in latere interiore maxillarum *organum stridulationis* ex bacillis (« keys »: Pocock) parvis brevibus densissimis rufescentibus est formatum, quae aream circa duplo longiorem quam latiore, neque ad basin neque ad apicem maxillae pertinentem occupant, hac area paene dimidiato-elliptica, infra modo leviter, supra fortius rotundata: fimbria superiore (inter suturam et hanc aream) plane caret maxilla. *Pedes* 4.ⁱ paris 3 aculeos apice subter et magis intus ostendunt; scopulae tarsorum sectae sunt; in pedibus sex anterioribus paene ad basin metatarsorum pertinent scopulae, in pedibus 4.ⁱ paris modo apex metatarsorum scopulatus videtur. Unguiculi tarsorum bini laevissimi.

Lg. corp. paene $14\frac{1}{4}$ (cum mandib. 16); lg. cephaloth. 7, lat. ej. $5\frac{1}{2}$, lat. clyp. paene $3\frac{1}{2}$; lg. abd. 7, lat. ej. 5 millim. Palpi $10\frac{1}{3}$; ped. I paullo plus 16, II $15\frac{1}{3}$, III 13, IV $18\frac{1}{2}$; pat. + tib. I $6\frac{1}{2}$ (tib. $3\frac{2}{3}$), pat. + tib. IV paene $6\frac{1}{2}$ (tib. $3\frac{1}{2}$),

(1) Descr. Catal. cet., p. 8. — In diagnosi et descriptione hujus speciei « spatio inter oculos binos laterales reliquis spatiis interocularibus, excepto spatio inter oculos medios posticos, majore » nimirum est legendum!

metat. IV $3\frac{1}{2}$; lg. mand. paene $3\frac{1}{2}$, lat. earum $1\frac{5}{8}$; mam. sup. $3\frac{1}{2}$ millim. (= metat. IV) longae.

Feminae paucae, quae nondum adultae videntur, in montibus Carin Chebà sive Bia-pò collectae.

Gen. **Musagetes**, Poc., 1895.

9. **M. rufo-fuscus, n., *pube densa ferrugineo-fusca vestitus et pilis longis pallide ferrugineis sat dense conspersus, sterno cum pedibus totis in fundo rufescenti-fuscis, cephalothorace obscuriore, abdomine clariore; cephalothorace tibiam cum patella 4^i paris longitudine aequante, paullo brevior quam tibia cum patella 1^i paris; pedibus 4^i paris pedes 1^i paris longitudine paullo superantibus; serie oculorum antica desuper visa parum recurva, oculis hujus seriei spatiis subaequalibus, dimidiam diametrum oculi medii circiter aequantibus, separatis; oculis lateralibus anticis parum longioribus et angustioribus quam sunt medii antici, oculis lateralibus posticis mediis posticis paullo brevioribus et magis rotundatis; fimbria superiore in latere interiore maxillae rufa.* — ♀ ad. Long. circa 39 millim.

FEMINA. — Valde affinis est haec aranea *M. (Phricto) soricino* (Thor.) (1), sed vix ejus varietas consideranda: a typo *M. soricini* (quem, quum fissuram genitalem apertam habere videatur, adultum nunc credo) differt praesertim statura majore et fortiore, palpis et pedibus crassioribus, cephalothorace tibiam cum patella 1^i paris longitudine modo aequante, pedibus 4^i paris pedes 1^i paris longitudine modo paullo (vix 2 millim.) superantibus, tibia cum patella 4^i paris non parum brevior quam tibia cum patella 1^i paris, et pubescentia qua vestitus est rufescenti-fusca, non olivacea; in *M. soricino* cephalothorax non parum (circa 2 millim.) longior est quam tibia cum patella 1^i paris, pedes 4^i paris multo (circa 5 millim.) longiores quam pedes 1^i paris, tibia cum patella 4^i paris paullo longior quam

(1) Primo Saggio sui Ragni Birmani, in Ann. Mus. Civ. Genova, Ser. 2.^a, V (XXV), p. 15.

tibia cum patella 1.ⁱ paris, et pubescentia corporis et extremitatum olivacea. Organum stridulationis ut in *M. soricino* conformatum est: bacilla ("the keys", Pocock) in latere interiore maxillae fasciam latam circa duplo et dimidio longiorem quam latiore, apicem (maxillae) versus sensim parum angustatam, apice oblique truncato-angustatam formant; in paene $\frac{3}{4}$ longitudinis (apicalis) haec fascia ex bacillis densis inaequalibus, saltem in medio fasciae in series densas 3-4 dispositis constat; reliqua bacilla seriem singulam minus densam formant, 4-5 basalia longitudine cito decrescunt. Fimbria illa superior lateris interioris maxillae, sub sutura sita, e pilis *rufis* formata est: non usque ad apicem fasciae bacillorum, sed modo ad locum ubi haec fascia truncato-angustata evadit, pertinet; et pili fimbriae ad apicem ejus *non* longiores sunt quam reliqui pili hujus fimbriae. Mandibula in latere exteriori secundum marginem inferiorem fasciam granulorum densorum ostendit, quae versus hunc marginem fortiora evadunt, hic, praesertim versus basin mandibulae, in spinas in series longitudinales dispositas transeuntia.

Sternum et coxae in *M. rufo-fusco* subter fusca sunt, non obscuriora quam pedes praeterea, quorum femora nec versus basin in latere interiore infuscata sunt, nec versus basin subter pilis brevibus sub-obtusis nigris dense conspersa, sed pilis longis pallide ferrugineis sub-hirsuta, ut pedes praeterea. Lineae illae binae longitudinales pallidae supra in patellis et tibiis (ut annulus angustissimus albicans in apice internodiorum) in hac specie non distinctae sunt. Scopula tarsorum 4.ⁱ paris evidenter est secta; scopula metatarsorum 4.ⁱ paris (versus apicem secta) paene ad $\frac{2}{3}$ longitudinis internodii pertinet; scopulae metatarsorum 1.ⁱ et 2.ⁱ parium usque ad basin, 3.ⁱⁱ paris non usque ad basin pertinent. Metatarsi 4 posteriores binos aculeos in apice subter habent. Palpi extensi *non* ad apicem tibiae 1.ⁱ paris pertinent (in *M. soricino* usque ad apicem). Art. 2.^s mamillarum superiorum fere $2\frac{1}{2}$ longior quam latior est.

Lg. corp. 39 (cum mandib. $46\frac{2}{3}$) millim. Lg. cephaloth. 17, lat. ej. paene 14, lat. front. $8\frac{1}{2}$; lg. abd. 23 millim. Ped. I 49, II $43\frac{1}{4}$, III 39, IV $50\frac{1}{2}$; pat. + tib. I $18\frac{3}{4}$ (tib. $10\frac{1}{4}$),

pat. + tib. IV 17 (tib. 10), metat. IV $12\frac{1}{2}$; mam. sup. $10\frac{1}{3}$ millim. longae.

Femina singula adulta, ad Kaw-Kareet (Tenasserim) inventa (1).

(1) Ad *Phlogium fuliginum* Thor. (Descr. Catal., p. 8-10), praeter typum qui, secundum Cel. Pocock (Notes on the identity, *cet.*, loc. cit., p. 227), gen. *Phlogii* (Sim.) Poc. est « feminam contusam et mutilatam » ad Tharrawaddy captam retuli, quae aliis speciei et gen. *Musagetis* Poc. est, ut nunc video: hujus speciei, quam *M. decipientem* appello, diagnosin et mensuras hic dabo:

« *M. decipiens*, n., nigro-fuscus, pube densa ferrugineo-olivacea, subter et in abdomine magis ferruginea, in latere interiore palporum et pedum anticorum nigra, vestitus, et pilis longis sub-ferrugineis minus dense sparsus, patellis et tibtis anterioribus supra lineis longitudinalibus binis pallidis satis distinctis praeditis; cephalothorace tibiam cum patella 1.^a partis longitudine saltem aequante, non parum longiore quam tibia cum patella 4.^a partis; pedibus 1.^a partis pedes 4.^a partis longitudine saltem aequantibus; serie oculorum antica desuper visa recta, oculis lateralibus anticis medius anticis angustioribus sed vix longioribus, oculis hujus seriei spatii circa dimidiam diametrum oculi medii aequantibus separatis, spatio inter oculos binos laterales haec spatia saltem aequante, oculis lateralibus posticis, medius posticis modo paullo minoribus, angustioribus sed parum brevioribus quam sunt laterales antici; fimbria superiore lateris interioris maxillae rufa, bacillis in parte majore (apicali) fasciae e bacillis formatae modo in duas series distinctas dispositis. — ♀ ad. Long. circa 38 millim.

Scopulae tarsorum 1.^a partis evidenter sectae sunt; scopulae metatarsorum 1.^a-3.^a parium usque ad basin, scopulae metatarsorum 4.^a partis (in dimidio apicali sectae) ad circa $\frac{2}{3}$ longitudinis internodii pertinent. Metatarsi 4.^a partis apice subter aculeis binis instructi sunt. Organum stridulationis ut in *M. rufofusco* est, excepto quod bacilla maxillae in parte majore (apicali) fasciae bacillorum non 3-4, sed modo 2 series longitudinales formare videntur, quarum altera ex bacillis longis, altera ex bacillis multo brevioribus constat.

Ig. corp. 38 (cum mandib. $41\frac{1}{2}$) millim.; Ig. cephaloth. $17\frac{1}{2}$, lat. ej. $14\frac{1}{2}$, lat. front. $9\frac{1}{2}$; Ig. abd. saltem 20 millim. Ped. I $46\frac{1}{2}$, II 40, III 35, IV 46; pat. + tib. I 17 (tib. 10), pat. + tib. IV $15\frac{1}{2}$ (tib. 9), metat. IV 11; mam. sup. 9 millim. longae.

Femina singula, a Cel. Oates ad Tharrawaddy capta.

Femina illa, quam ad *Phlogium (Musagetem) cervinum* Thor., ♂, retuli (Descr. Catal., p. 5), secundum Pocock alius est speciei, quam *M. bicolorum* appellavit, et cujus aliud exemplum ex Birmania superiore obtinuit, id quoque a Cel. Oates inventum: conf. Poc., On a new and natural Grouping, *cet.*, loc. cit., p. 172 et 174; Notes on the identity, *cet.*, loc. cit., p. 227.

Alia aranea, quam juniorem *Phlogii (Musagetis) cervini* Thor. suspicatus eram, ea quoque speciei peculiaris gen. *Musagetis* est, quae *M. brevipes* vocari potest, et quam paucis hic adumbrabo:

« *M. brevipes*, n., in fundo nigricans, pube olivacea undique, etiam in latere interiore et inferiore pedum vestitus, lineis pallidis evidentibus supra in pedibus carens, pilis longioribus pallide ferrugineis sparsus; cephalothorace tibiam cum patella 1.^a partis longitudine non parum superante, pedibus 4.^a partis pedes 1.^a partis non parum longitudine superantibus, tibia cum patella tamen 1.^a partis

corporis et extremi-

M. soricino confor-

in latere interiore

longiorem quam

rum angustatam,

nae paene $\frac{3}{4}$ longi-

naequalibus, saltem

is constat; reliqua

nt, 4-5 basalia lon-

or lateris interioris

ta est: non usque

um ubi haec fascia

imbriae ad apicem

us fimbriae. Man-

inferiorem fasciam

s hunc marginem

in mandibulae, in

seuntia.

usca sunt, non ob-

na nec versus basin

basin subter pilis

pilis longis pallide

cae illae binae lon-

(ut annulus angu-

in hac specie non

videnter est secta;

na secta) paene ad

metatarsorum 1.^a et

usque ad basin per-

pice subter habent.

pertinent (in *M. so-*

superiorum fere

Ig. cephaloth. 17,

millim. Ped. 49,

$18\frac{3}{4}$ (tib. $10\frac{1}{4}$),

** 10. *M. Pocockii*, n., nigro-fuscus vel nigricans, pube densa olivaceo-fusca lectus et pilis longioribus nigris et fuscis sat dense in pedibus et in abdomine conspersus, sterno et coxis subter nigris et nigro-pilosis, lineis binis longitudinalibus pallidioribus supra in patellis et tibiis parum distinctis; cephalothorace tibiam cum patella 1.ⁱ paris longitudine aequante, parte cephalica ad longitudinem leviter convexa, sulco centrali profundo, tuber oculorum latitudine paullo superante; serie oculorum antica modice deorsum curvata, desuper visa parum procurva, paene recta, serie postica levissime recurva; oculis posticis anticis oculis circa duplo minoribus, lateralibus anticis mediis anticis non parum majoribus, spatio inter medios anticos dimidiam eorum diametrum paene aequante et paullo majore quam sunt spatia quibus a lateralibus anticis distant hi oculi; oculis mediis posticis lateralibus posticis latioribus et eos longitudine aequantibus; mamillis superioribus tibia 4.ⁱ paris paullo brevioribus; pedibus 4.ⁱ paris pedes 1.ⁱ paris longitudine superantibus, tibia cum patella 1.ⁱ paris tamen longiore quam tibia cum patella 4.ⁱ paris; bacillis in latere interiore maxillae fasciam valde latam, apicem maxillae versus sensim angustatam formantibus, in parte $\frac{3}{4}$ vel $\frac{4}{5}$ apicali hujus fasciae densissimis et magis versus

paullo longiore quam tibia cum patella 4.ⁱ paris; serie oculorum antica desuper visa recta, vix procurva, serie postica non parum recurva; oculis lateralibus anticis mediis anticis paullo minoribus, spatiis inter oculos anticos sub-aequalibus, dimidiam oculi medii diametrum vix aequantibus et paulullo minoribus quam sunt spatia inter oculos binos laterales; oculis lateralibus posticis mediis posticis non parum majoribus sed lateralibus anticis paullo minoribus; fimbria superiore lateris interioris maxillae rufa, bacillis in parte majore (apicali) fasciae bacillorum fere in duas series dispositis. — ♀ ad. Long. circa 28 millim.

Palpi extensi non ad apicem tibiae 1.ⁱ paris pertinent. Scopula tarsorum 1.ⁱ paris secta, ut scopula metatarsorum 4.ⁱ paris; scopula metatarsorum 1.ⁱ-3.ⁱ parium usque ad basin, 4.ⁱ paris ad $\frac{1}{2}$ longitudinis internodii pertinent. Metatarsi posteriores apice 2-3 aculeis parvis instructi sunt. Art. 2.^a mamillarum superiorum, quae metatarsum 4.ⁱ paris longitudine aequant, vix duplo longior est quam latior. Organum stridulationis plane ut in *M. decipiente* conformatum videtur.

Lg. corp. 28 (cum mandib. 33); lg. cephaloth. paene 13, lat. ej. $9\frac{7}{8}$, lat. front. $6\frac{1}{2}$; lg. abd. $14\frac{1}{2}$ millim. Ped. I 32, II $28\frac{1}{2}$, III 26, IV 35; pat. + tib. I $11\frac{1}{2}$ (tib. $6\frac{1}{2}$), pat. + tib. IV $10\frac{1}{2}$ (tib. $6\frac{3}{4}$), metat. IV $7\frac{1}{4}$; mam. sup. $7\frac{1}{2}$ millim.

Singula femina a Cel. Oates ad Tharrawaddy inventa est. — *M. Hardwickii*, Poc., (On a new and natural Grouping *cet.*, loc. cit., p. 172 et 174), ex Burdwan Indiae, valde affinis est haec aranea sed diversa. (sec Cel. Pocock in litteris).

medium in series multas ordinatis; fimbria supra eos olivacea. —
 ♀ ad. Long. circa 47 millim.

FEMINA. — Prioribus quidem valde affinis est haec species, parte organi stridulationis in latere interiore maxillae sita non parum differente praesertim dignoscenda. Fascia bacillorum fere eadem forma atque in iis quidem est, sed latior et versus apicem sensim magis angustata, ad $\frac{3}{4}$ - $\frac{4}{5}$ longitudinis ex bacillis densis, saltem in medio fasciae in plures series ordinatis constans; pars ejus basalis, ex serie singula bacillorum formata, modo ex 4-5 bacillis cito decrecentibus constat. Fimbria superior olivacea (non rufa) est, fasciam bacillorum longitudine aequans, usque ad apicem maxillae pertinens, et pili ejus prope apicem fimbriae longiores sunt, saltem hic marginem superiorem fasciae bacillorum tegentes. Patellae, tibiae et metatarsi unicolores sunt, non apice anguste albicantes. Scopulae pedum 4.ⁱ paris sectae, reliquae integrae; scopulae metatarsorum 3.ⁱⁱ paris paene ad basin, 4.ⁱ paris circa ad $\frac{3}{4}$ longitudinis internodii pertinent. Modo metatarsi postici in apice 3 aculeos parvos habent.

Lg. corp. 47 (cum mandib. 55); lg. cephaloth. $20\frac{1}{2}$, lat. ej. 18, lat. front. 11; lg. abd. 25 millim. Ped. I 58, II $49\frac{1}{3}$, III 44, IV $60\frac{1}{4}$; pat. + tib. I $20\frac{1}{2}$, pat. + tib. IV $18\frac{1}{2}$ (tib. $10\frac{1}{2}$), metat. IV $13\frac{1}{3}$; mam. sup. $9\frac{1}{2}$ millim. longae.

Femina supra dimensa (ovis plena) ad Thaò, in montibus Carin Ghecù (1300-1400^m supra mare) inventa est, altera ad Yadò in montibus Carin Asciiui Chebà, tertia in montibus Carin Chebà sive Bia-pò.

Mas ad., is quoque ex Carin Chebà l. Bia-pò ejusdem speciei certe est, praesertim quum organum stridulationis maxillae (cum fimbria superiore) plane eodem modo conformatum et coloratum habeat atque in feminis supra descriptis: abdominis et extremitatum color praesertim supra paullo clarior tamen est quam in iis, fuligineo-fuscus. Palporum pars tibialis subter pilis longis densis deorsum directis hirsuta est; bulbus ruber nitidus et fere inaequaliter piriformis subter, posterius, in spinam valde longam exit, quae a basi crassissima usque ad apicem sensim angustato-acuminata est, prope basin subito et fortiter deorsum et foras

curvata; ad longitudinem praesertim basin versus sat dense et sat profunde sulcata est haec spina, apicem versus magis picea. — Lg. corp. 28 (cum mandib. 33) millim.; lg. cephaloth. $15\frac{1}{2}$; lg. ped. I 50, II 44, III 38, IV 52; pat. + tib. I $15\frac{1}{2}$, pat. + tib. IV 16 millim.

Gen. **Melopoeus**, Poc., 1895.

** 11. **M. minax**, n., nigro-fuscus vel nigricans, pube densa olivaceo-fusca tectus et pilis longioribus ferrugineo-fuscis sat dense in abdomine et in pedibus conspersus, sterno cum coxis subter magis nigro et nigro-piloso, femoribus, patellis, tibiis et metatarsis apice angustissime pallidis, lineis binis longitudinalibus pallidis patellarum tiliarumque vix vel parum evidentibus; cephalothorace tibiam cum patella 1.ⁱ paris longitudine superante, serie oculorum antica modice deorsum curvata, desuper visa paullo procurva, serie postica hoc modo visa recta; oculis lateratibus anticis mediis anticis modo paullo longioribus et paullo angustioribus, oculis lateratibus posticis laterales anticos magnitudine fere aequantibus, mediis posticis iis duplo minoribus, spatiis sub-aequalibus inter oculos seriei anticae oculi medii antici diametrum paene aequantibus; mamillis superioribus metatarso 4.ⁱ paris multo, paene duplo, brevioribus. — ♀ ad. Long. circa $46\frac{1}{2}$ millim.

FEMINA ad. — Cephalothorax non ita humilis (saltem non planus dicendus), parte cephalica ad longitudinem leviter convexa. Fovea ordinaria centralis sulcum modice (non fortiter) procurvum format, latitudine (transversim) tuber oculorum saltem aequans. Latus inferius maxillarum angulum anteriorem-interiorem paullo productum habet. Metatarsi 6 posteriores apice subter aculeis binis parvis instructi sunt: praeterea inermes sunt pedes. Tarsi (cum scopulis) metatarsis paullo latiores sunt. Scopulae tarsorum omnium integrae; scopulae metatarsorum anteriorum paene ad basin, 3.ⁱⁱ paris ultra medium, 4.ⁱ paris (quae sectae sunt) ad medium internodii pertinent. Art. 2.^s mamillarum superiorum reliquis articulis non parum brevior est, non multo longior quam latior. Secundum dorsum abdominis vestigia fasciae

versus sat dense et
versus magis picea.
cephaloth. $15\frac{1}{2}$;
+ tib. I $15\frac{1}{2}$,

is, pube densa oli-
fusca sat dense in
coxis subter magis
et metatarsis apice
vallidis patellarum
horace tibiam cum
rum antica modice
serie postica hoc
anticis modo paullo
tibus posticis late-
s posticis iis duplo
eriei anticae oculi
millis superioribus
ribus. — ♀ ad.

nilis (saltem non
nem leviter con-
ce (non fortiter)
per oculorum sal-
dum anteriorem-
postiores apice
erea inermes sunt
tiores sunt. Sco-
tatarsorum ante-
1, 4.ⁱ paris (quae
t. 2.^a mamillarum
e est, non multo
is vestigia fasciae

longitudinalis nigrae video, quae utrinque postice ramos duos
vel tres oblique retro et foras directos emittere videtur (?).

Lg. corp. $46\frac{1}{2}$ (cum mandib. $53\frac{1}{2}$) millim.; lg. cephaloth.
 $24\frac{1}{2}$, lat. ej. 19, lat. front. $11\frac{1}{2}$; lg. abd. 23 millim. Ped. I 64,
II 57, III 50, IV 62; pat. + tib. I 22 (tib. 13), pat. + tib. IV
paene 21 (tib. $12\frac{3}{4}$), metat. IV paullo plus 15; mam. sup. 8
millim. longae.

Femina singula, ad Kaw-Kareet (Tenasserim) inventa. — A
Selenocosmia albo-striata Sim. (1), quam Pocock gen. *Melopoei* credit,
multis sane rebus differt haec species.

Gen. *Melopoei* haud dubie est species supra descripta: spatium
lateris interioris maxillae inter suturam et fimbriam ordinariam
marginis inferioris hujus lateris fimbria superiore distincta et
bacillis caret, et spinis brevibus sat raris fere in series longitu-
dinales 3-4 digestis et versus fimbriam inferiorem gradatim for-
terioribus sparsum est; latus exterius mandibulae « scopula » e
pilis plumosis formata est vestita, cet.; tuber oculorum antice
et postice rotundatum est, non multo latius quam longius, clypeus
sat altus sive longus: oculi laterales antici spatio eorum longitu-
dine non parum majore a margine clypei sunt remoti; longitudo
tibiaram omnium eorum latitudine sive diametro plus triplo major
est. Conf. Pocock, On a new and natural Grouping, *cet.*, loc. cit.,
p. 179. Ad *Cyriopagopum* Sim. araneam nostram retulisse, nisi
de hoc genere dixerat Cel. Simon (2): « Pedes omnino mutici.
Patella cum tibia 1.ⁱ paris multo brevior quam patella cum tibia
4.ⁱ paris. Metatarsus et tibia 4.ⁱ paris aequae longi », quae in
illam non quadrant. Attamen *C. pagano* Sim. (3), eo quoque ex
Tenasserim, certe simillimus est *Melopoeus Pocockii*.

(1) Arachn. recueillis dans . . . le royaume de Siam, *cet.*, in Actes de la Soc.
Linn. de Bordeaux, XL, p. 22.

(2) Hist. Nat. d. Araignées, Ed. 2, 1, p. 152 et 149.

(3) Étude sur les Arachn. de l'Asie mérid., faisant partie des Collections de
l'Indian Museum (Calcutta). J. Arachn. recueillis à Tavoy par Moti Ram, in Journ.
Asiat. Soc. of Bengal LVI, Part. II, No 1. 1887.